Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26105
Copyright: Admont, Benediktinerstift



69

leum sustinebat necessitate. Vna autem catena tenebrarum omnis erat colligati. si
ue spiritus sibilans. aut inter spissos ramos auium sonus. aut uis aque decurren
tis nimium. aut soni ualidi percussaque petrarum. aut ludentium animalium cur
sus inusitus. aut mugientium ualida bestiarum uox. aut resonans clausissi
mis montibus echo. deficientes faciebat illos pruinae. Omnis enim orbis terra
limpido illuminabatur lumine. et nullo impeditus operibus urgebatur. solus autem illis
superposita erat grauis nox ymago tenebrarum que superuentura illis erat. ipsi
ergo sibi erant grauiores tenebris.

Saneris autem tuus maxima lux erat. et hoc quidem uocem audiebant et figuram
non uidebant. et quia non et ipsi peccauerunt que passi erant te magnificabant. et quia ante
lesi erant quo non ledebant gratias agebant. et ut eis diffinitiua te deum petebant.
Propter quos ignis ardentem columpnam duce habuerunt ignotae uiae. et solem sine lesura
boni hospicii peruisti. Digni quidem illi carere luce et pari carcere tenebrarum
quia inclusos custodiebant filios tuos per quos incipiebat incorruptum legis lumen secu
dum. cum cogitarent iustos occidere infantes. et uno exposito filio et liberato. in reduc
tione illorum multitudinem filiorum abstulisti. et pariter illos peredisti in aqua ualidum.
Illa enim nox ante cognita est patribus nostris. ut uere scientes quibus iuramentis cre
diderint animae credentes esse. Suscepta est autem a populo tuo sanctorum iustorum
iustorum autem exterminatio. Sic enim lesisti aduersarios. sic nos prouocasti mag
nificasti. Absconsa enim sacrificabant iusti pueri bonorum. et iusticie legem iscon
cordia disposuerunt. similiter bona et mala percipientes iustos patrias iam decan
tantes laudes. Resonabat autem insuetiens inimicorum uox. et flebilis au
diebatur uox plorantum infantium. Simili autem pena seruus cum domino afflictus
est. et priuatus homo regi similia passus. Simili quoque omnis uno nomine maeris
maerentes habebant innumerabiles. Nec enim adsepeliendum unum sufficiebat.
quo uno momento que erant periere natio illorum exterminata est deorum cum
non crederent propter beneficia tuae cum primo fuit exterminatum primogenitos. et
spopondertunt. populum dei se esse. Cum enim quietum silentium urgerent omnia et nox
in suo cursu medium iter haberet omnipotens sermo tuus de celo a regalibus